



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 726. Usque Ad Annum 813

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1760

VD18 90117859

§.2. Pauli Asiartæ exitus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66091](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66091)

Sæcul. VIII.
A.C. 772.

mates Francorum Regem salutaverant, rursus solemniter inunctum. At Hadrianus Papa minime his fraudibus capere se passus, ad Desiderium ire constanter recusavit

§. II.

Pauli Afiartæ exitus.

Legatorum a Papa ad Regem Desiderium princeps erat Paulus Afiarta; sed eo absente Romæ vulgatum est, quod ipse clam Sergio necem intulisset. Itaque Papa quosdam exploratæ fidei misit cum arcanis mandatis ad Leonem Archiepiscopum Ravennatem, qui eum rogarent, ut Paulum ex Longobardia redeuntem comprehenderet, & custodiæ traderet. Paruit Leo, & Paulum carceri dedit. Interim Papa Romæ accurate exquiri jubet, quo tempore, quo modo & quibus adjunctis mortuus fuisset Sergius. Tunc vero cadaver ipsius inventum est, rellie collo dependente & multis plagis perfossum. Quo facinore detecto Optimates populusque Romanus vehementer commoti Papam adeuntes petunt, ut tantum crimen puniret; ne hujus flagitii impunitas homines facinorosos ad similia perpetranda sollicitaret. Papa confcios Romanæ Civitatis Præfecto tradit, quos deinde convictos Constantinopolim in exilium mittit. Tum Acta hujus causæ

causæ Ravennam translata Paulo prælegi Sæcul. VIII.
 voluit, ut convinceretur, & ad agendam A. C. 772.
 pœnitentiam adigeretur. Verum Leo
 Archiepiscopus eundem jam prius in ma-
 nus Consularis illius Civitatis tradiderat,
 qui publice quæstionem de eo habens,
 confessionem criminis expresserat. Pon-
 tificex ut vitam nocentis servaret, datis
 ad Imperatorem Constantinum litteris
 rogabat, ut Paulum in Græciam recipe-
 ret, & tanquam in loco exilii custodiret,
 atque has ipsas litteras Ravennam ad
 Leonem direxit, rogans, ut eundem
 Constantinopolim deferri pateretur. Sed
 invito & contradicente Pontifice Leo
 Consularem Ravennatem compulit, ut
 Paulum necaret. Cum deinde Papæ
 persuadere vellet hujus necis Auctorem
 se neutiquam extitisse, ejusdem verbis
 nullam fidem habuit. Inde dispicimus,
 quantum Hadrianus Papa veterem Disci-
 plinam amaverit, qua criminum reis vi-
 ta servabatur, ut implendæ pœnitentiæ
 locus esset.

Hadrianus Papa intelligens se nihil
 agere apud Desiderium Regem, eumque
 Romanæ Civitati insidiari, ad Carolum
 Regem conversus, misit Legatos, quorum
 princeps vocabatur Petrus. Is Massiliam
 appulsus per mediam deinde Franciam
 iter faciens, usque Theodonis Villam
 pervenit; Rex Carolus hoc anno septin-

Sæcul. VIII. gentesimo septuagesimo secundo ibi hye-
 A. C. 772. mem consumebat, redux a prima expe-
Ann. Petav. ditione contra Saxones, cum usque ad
Tilian. Loi- Visurgim progressus, cepit Eresburgum,
sel. ubi fama notissimum Idolum, *Irminful-*
Cang. Gloss. colebatur, quod Numen bello præsidere
 credebant. Ingentes loci illius thesau-
 ros Carolus abstulit, templum, Idolum-
 que dejecit.

§. III.

S. Virgilius Salisburgensis.

tom. 6. Conc. Eodem anno 772. Tassilonis Ducis Ba-
p. 1794. varix vigesimo secundo, ipso juben-
Act. SS. te Concilium in loco, qui Dingolsinga
Ben. to. 4. dicebatur, celebratum est, cui interfuere
p. 310. Episcopi sex & Abbates tredecim, quos
 inter celeberrimus est S. Virgilius Salis-
 burgensis. Is, in Hibernia natus, vir
 eximix Doctrinæ, cum in Franciam Pi-
 pino regnante venisset, hujus Principis
 animum ita sibi conciliavit, ut integro
 ferme biduo eum apud se retineret. Se-
 dem deinde Juvaviensem, quæ postea Sa-
 lisburgensis dicta, vacantem Rex ipsi
 contulit, & Ottiloni Duci Bavarix ami-
 co suo & affini commendavit. S. Vir-
 gilius duobus annis ordinationem reci-
 pere cunctatus, nam interim cuidam
 Episcopo nomine Dobdæ, qui secum ex
 Hibernia advenerat, functiones Pontifi-
 cales commiserat, tandem populo & vi-
 cinis